

7

Gen. 5. nro. 144.

13

IVRIS GERMANORVM NAVIGANDI IN INDIAS PRIMA FVNDAMENTA.

1751, 3.

A V S P I C I I S
S E R E N I S S I M I P R I N C I P I S A C D O M I N I
D O M I N I
F R I D E R I C I
HASSIAE LANDGRAVII RELIQ.
ACADEMIAE RECTORIS MAGNIFICENTISSIMI

P V B L I C O E X C E L L E N T I S S I M O R V M
D O M I N O R V M P R O F E S S O R V M E X A M I N I
P R O L O C O
D I E A P R I L I S M D C C L I .
S V B I I C I E T

I O A N N E S I V L I V S S V R L A N D
I. V. D. PROFES. IVR. ORDINARIUS

R E S P O N D E N T E
I O A N N E I A C O B O F E N N E R
M A R B V R G O - H A S S O .

M A R B V R G I
T Y P I S P H I L I P P I C A S I M I R I M Ü L L E R I .



JURIS GERMANORVM
NAGANDI IN INDIA
PRIMA TUNDAMENTA

DELIBERATIONE PRINCIPIS AC DOMINI

DOMINI

PIRIDIICL

HASIBAE TUNDGARAH EXPLI
AGABINAE REGIORIS MAGNITUDINIS ETISSIMI

PYTHICO EXCEPTE PIRIDIICL
DENIM QM TUNDGARAH EXPLI

DOMINI

ATRIAS MDCCCLV

JOANNES IAHIA SAVELI

EX LIBRIS TUNDGARAH

LECTORI BENEVOLO
SALVTEM AC OFFICIA
PRAESES.

Consultanti mihi quod potissimum argumentum
huic eligerem dissertationi, illibatum obvenit at-
que dignissimum certe, quod tandem vindicetur
nostris, Ius Germanorum in Indias navigandi; seu li-
bertas commercia in provincias, quae a promontorio
Bonae Spei ad orientem vergunt, vel quae noui orbis
nomine indigitari solent, (has nempe omnes Indianum
vox denotat) exercendi. Quamvis enim uniuersum
terrarum orbem atque Oceanum classibus peragratum,
ut cum PETRO ALBINO in Comment. de Lingur.
Peregr. atqu. Ins. ign. Vitemb. 1714. Suo edita ac mi-
racula signaque extremum diem, forsitan paulo post in-
gruiturum, praecedentia deuenerer, impetrare a me non
potuerim; diversam tamen omnium post repertas In-
dias faciem, auri argenteique, ac rerum pretiosarum co-
piam, lucem scientius cuiuscunque demum generis red-
ditam, illi precipue deberi, qui

Primus non timuit precipitem Africum
Decertantem Aquilonibus

Qui siccis oculis monstra natantia

Qui vedit mare turgidum et

santa simplicitate dannatos toties Antipodas; horum
tamen emolumentorum si minima hucusque ad Germa-
nos devenerunt, in neglecta ad ipsos diuitiarum fontes

BIRVI

A 2

nauit.

REGIOTIIS
SILENTIO

navigazione vnicam culpam querendam esse, nemo sa-
nus negaverit. Ea consideratu vere digna accuratius
exposituro tanta oblata est rerum huc facientium multi-
tudo, ut si vel summo digito omnia attingere voluisse,
dissertationis academicae modum longe excessura fuisset
haec mea commentatio. Accesit quod communii patriae
tribuendum Ius Indiarum in communi potius quam erudi-
to saltet sermone propagandum videretur. Haec
igitur iam Tibi offero, amice Lector, prima quasi fun-
damenta ex iis, quae congesseram, electa; quae summo
Numine Teque fauente, excipiet mox vernacula modo
non absolutum maius opus, atque accuratius. Quo fa-
cilius vero et homini et primum hunc trahitatem ingre-
dienti fuit, opinionum larua, dum aliis eam detrahere
studui decipi: eo iucundius gratiusque mihi fore scias,
si communicatis mecum, quae fortasse concipies contra
haec mea principia, dubiis veritati vel ulterius firmان-
dae, vel alio ex rivo deducendae ansam praebere
velis. Vale faueque!



IVRIS



IVRIS GERMANORVM NAVIGANDI IN INDIAS PRIMA FVNDAMENTA.

§. 1.

R eperta anno 1454 auspiciis Henrici, Ioannis, Lusitanorum regis, filii, in Africam via, a) detecta, ut vulgo creditur 1492 a Christophoro Columbo b) vt res est 1460 a Behaimo Norimbergensi c) America, commerciorum facies in Europa valde mutata, ac sensim Britanni, Batavi, Galli, Dani, Stueci, inuentorum thesaurorum partem cum Lusitanis atque Hispanis diuiserunt. d) Solis Germanis harum terrarum litora dengata fuerunt: eorumque navigationi tria potissimum obstante dicuntur: 1) dominium maris, 2) inuentio atque occupatio 3) leges et pacta.

a) *Histoire Universelle des Voyages* T. I. *Histoire des Découvertes des Portugais dans le nouveau monde* par le P. LA FITAV T. I. p. 10. etc.

b) *Histoire de St. Domingue* par le P. CHARLEVOIX T. I. p. 92.

A 3

c) Job.

G IURIS GERMANORVM NAVIGANDI IN INDIAS

c) Joh. Gabriel Doppelmayr in der historischen Nachricht von den Vvrbn. Mathematicis und Künstlern, Nürnberg, 1730. f. p. 27. tab. 1.

d) Beschryving van Oud en Neum Ostindien door FRANCOIS VALENTYN Tom. I. p. 102. *Histoire d'Angleterre par RAPIN THOYRAS* T. VI. p. 141. etc. GOTTHARDI ARTHVSII *Navigat. Francisci Draci* etc. AITZEMA SAAKEN *van Staet en Oorlog* T. I. p. 154. 488. T. II. p. 350. etc. THEODORI atque ISRAEL BRY *America Hollbergs Dannemarcksche Norwegische Staats- und Reichs-Historie.*

§. 2.

Primum igitur ut aggrediar, haud equidem animus mihi est repetere illa quae insigni industria expectationi omnium hac in causa exposuerunt GROTIUS atque SELDENVS a) et post illos plures. Melius illa ex ipsis fontibus haurientur: Meas potius, qualescumque demum promturus cogitationes distinguendum esse hac in lice inter Oceanum, et ius nauigandi in Oceano: inter vastum illud mare, atque flumina: inter iura demum, quae in ipsa flumina, et illa quae in annexa, vt ita dicam, fluviorum obtinent, videtur. Hinc immensos illos mundi limites.

Medias cingentia terras Aequora,^{modo super} nunquam, bene tamen ius nauigandi, occupari atque possideri posse, ne tamen aliis inde enascatur praecidicium, adeoque omnem de mari libero, quod tantum nauigationi feruit, cessare item statuo.

a) GRO-

PRIMA FUNDAMENTA.

7

- a) GROTIUS in celebri illo libello *de mari libero* Lugd.
1613 8vo Francof. 1669 12mo cui SELDENVS suum *de
mari clauso* Lond. 1636. 8vo opposuit.

§. 3.

Ast possideri id est actu detineri possunt portus,
litora, et ius ad illa nauigandi; a) ne tamen in prae-
iudicium tertii fiat; quod ut euitetur, ita quicun-
que damnum suum effugere commoda sibi procura-
re tenetur, ut nulli noxiū, id est sibi vtile nōmīni
detrimentum vel molestiam afferat b).

a) „Litorum equidem usum publicum, et iuris gentium,
„sicut et ipsius maris, proprietatem autem eorum in-
„telligi nullius esse, sed eiusdem iuris cuius et mare et
„quae subiacet mari terra vel arena“ natura docuit Iu-
ſtinianum §. 5. l. de R. D. et Troianos a Rege Latino
per fugium saltem *Litusque rogantes Innocuum et cunctis
undanique auramque patentem finxit*, VIRGILIVS Aen.
VII. „ius tamen illud commune, quo cuique liberum est
„casam ibi ponere in quam se recipiat,“ occupari vel
sine tertii damno posse nemo inficias ibit.

b) Cf. WOLFF I. N. T. VI. §. 622. Dissertatio mea in ang.
de iure commerc. in bello §. 3. Grunds. des Europ. Sacr.
Th. 3. B. 1. tit. 1. 2.

§. 4.

Mare igitur liberum afferimus, ius in illo nau-
gandi, sicut cetera iura siue res in societate humana,
a quibusdam occupari atque exerceri posse, dum
modo nullius in damnum vergat, concedimus: tran-
itus ergo innoxius nec in fluminibus vetari poterit
quamvis



8° IURIS GERMANORVM NAVIGANDI IN INDIAS

Quamvis eorum, fretorum, atque piscaturae, diuersa
plane ab illis conditio a).

a) Quoad enim occupari poterunt, nec pacis defenduntur, omnino in dominio esse statuo; de piscatura nempe si de certo loco maris agitur, ut de halecibus. Sin in alto sit, e. g. captura balaenarum, liberam eam omnino pugnauerim cum non hic ut ibi occupari queat.

§. 5.

Innoxium vero Germanos flagitare, dum Indianorum viam petunt, exinde patet, quod, licet eo mercatorum copia augeretur, de damno potius vitando, quam de lucro captando, certent: nec innoxia dici possit exteris hucunque concessa libertas vendendarum mercium, India aduestarum, quod ad nos quidem pertinet, quorum argento diuitias sibi comparant. Quin quod ipsa natura, collidentibus nostris aliorumque commodis, quemque sibi proximum esse nec ea a nobis aliis praefenda, quibus ipsi prouidere possunt, voluit. a) Quod vero natura iubet invictum esse non potest, nec inde damnum quis sentire poterit.

a) Quae demonstrata dedit WOLFF I. N. P. VII. §. 575.
atque Philof. præf. T. I. §. 230. 231.

§. 6.

Vocat iam carbasus auras: obstante tamen exeuntibus videntur, quibus ulterius confidunt aduersarii, inuentio atque occupatio a) Prae aliis nempe Indianorum

rum atque noui orbis Occidui titulos sibi tribuisse patet Lusitanos atque Hispanos b) Hos vero illis aliisque lubenter concedimus in terris quas ipsi tenent sibique subiecerunt, contenti regionum, quarum praeter nomina nihil possident, reliquis, quarum si pauciores in America in Africa multae inuenientur.

a) Ad titulum enim dominii parandum requiritur ut res mobiles apprehensione, immobiles terminis atque custodia contineantur, conf. hac de causa prolixius agendum MARQVAR. de I. Merc. I. 15. §. 2-15.

b) vid. *Histoire des Découvertes* T. I. p. 156. *Böhlers histor. Münzbelustig.* Th. 7. Et. 5. p. 33. *Beschryving der Nederlandschen Histori penning* door Mr. GERHARD VAN LOON T. I. p. 285. 508.

§. 7.

Ast nondum conclamatum est: et supersunt iliae ad quas ultimo loco se recipiunt, legum latebrae, duplice quidem modo perscrutandae. Aliae enim vi atque maiestate autoris sui ad diuersos populos olim extensae dicebantur: alia non cunctos sed illos tantum, inter quos de iis conuenit, obligant foedera. Ad primam speciem Bullas refero, quas tempore, quo omnis adhuc ad pedem eorum procumberet Europa, edixerunt pontifices maximi Calixtus III. Nicolaus V. et Alexander VI. Harum quamquam potestatem et iuribus, a natura liberis tum Indiis concessis, ac saepius ab his defensis; a) et vanitate largitatis quae fit de alieno cum pari in parem non concedatur imperium; b) et recuperata iam solii caesarrei autoritate; sat superque infractam plerique affirmant;

B

ment;

TO IURIS GERMANORVM NAVIGANDI IN INDIAS

ment; cum tamen negari nequeat Pontificum Romanorum eam quondam vim fuisse, ut maxima pars Europae leges eorum subiret, indeque si non Indis, Europaeis faltem hoc mandato commercii interdici potuisse; haec fulcra ut penitus ruant addendum putto: ipsi iam interdicti ratione cessante, tanto quippe noui orbis reperto spatio ut Lusitanorum atque Hispanorum vires longe supereret; nec turbatione propagandae fidei, quod studium tantum praecipuum illis Bulla concedit, necessario commercio coniuncta; vel hoc ex capite neminem amplius proscriptum cendum. c)

a) Exemplo esse potest mandatum Imperatoris Sinenis, 1737 d. 21. Ian. in regia Cantone, promulgatum „Vni- „verso terrarum orbi commercia nobiscum exercere, „argentum suum huc apportare, et nostra quae fert rel- „lus cum illo commutare liceat!“ Plura suppeditabit *Histoire de St. Domingue* T. II. p. 195. *Hist. des Voyages* T. III. p. 269. 288. et Dispt. §. 16.

b) L. 4. D. de recept. qui arbitr.

c) Quisquis accuratius haec perspicere voluerit ipsa Bullarum verba considerato animo legat. Inueniuntur apud RAYNALD in *Contin. Baronii* T. XVIII. a. 1443 n. 10. ad 1481 n. 35. ad 1493 n. 19. c. ALEXANDER de Ins. nov. orb. in 7.

§. 8.

Altero loco de legibus agendum, quibus variae gentes mutuis stipulationibus sibi solis commercium in has mundi partes tribuerunt, quas quidem vel inter diuersos Europae principes vel inter hosce suos.

que

que subditos, vel inter hos atque Indos compositas reperimus. Cum Indianum indigenis foedera ex eo tempore omnibus fere expetita, quo vel ipsi linguan eorum calluerunt Europaei, vel interpretum copiam habuerunt, nec nisi raro denegata esse historicorum testimonia docent. a)

a) Reperiuntur in omnibus fere plagulis eorum, qui quanta molis fuerit adire Indias accuratius descripsierunt.

§. 9.

Paetia inter Principes Europaeos eorumque subditos, nomine Ostry alias insignita, libertates limites atque regiones continent, quibus commercium Indianum exornarunt et contineri voluerunt, dum vel ipsi omnibus suis hanc navigationem aperuerunt, suo tamen nutu gubernandam; vel subditorum certo numero, in societatem redacto, publicae tutelae securio, eandem instituendam tradiderunt atque ordinandam.

§. 10.

Paetia inter diuersos Europae populos haec demum sunt quibus variae gentes mutuum mercatorum cursum certis regulis subiecerunt. In his vero prae omnibus considerandum, nulla huc referri posse, in quibus non expressis verbis Indianum ordinatue extra Europam commercii mentio fiat.

a) Consideranda imprimis, quae ab anno 1684 his de terris statuta acque ac in pace Ultraiectina 1714 concessa reperiuntur.

IVRIS GERMANORVM NAVIGANDI IN INDIAS

§. 11.

Eas autem cunctas legum normas quisquis scrutabitur, Germanorum nomen inter pacifcentes nullum aut tale reperiet, quod aequis oculis aspicere exteri vix sustinuerint. a) Stringant igitur illae gentes, quae in eas consenserunt; b) stringant, dum variâ sine viribus ira, vicinos: attramen leges non nisi subditis feruntur, et extra regni fines iura danti impune non paretur.

a) conf. §. XVI. n. d.)

b) Affirmauit haec nostra iisdem fere verbis BARBEYRAC dans la défense du Droit de la Compagnie Hollandoise des Indes Orientales contre les nouvelles prétentions des Pays Bas a la Haye 1725 4to chap. IV. §. XI. „Les Compagnies Hollandoises se fondent surdes Traitez, et c'est une maxime incontestable du Droit des Gens, ausi bien que du Droit civil que les Conventions n'obligent que ceux, qui sont comprises dans les engagements des articles qu'elles contiennent. Res inter alios acta, alilis non praecjudicat. Si dont les autres Etats, quelques petits qu'ils soient, (initium hujus si his sub verbis vibes Hanseaticas praecipue intelligi testatur) ont la liberté d'aller et de negotier dans les Pays des Indes libres et independans, qui veulent le leur permettre, cela ne fait rien pour les Habitans des Pays Bas Autrichiens, qui en sont exclus par des Traitez authentiques. “ Cum igitur nullae Germanis obstant leges, ipsis Batauis confitentibus ius in Indias nauigandi habemus.

§. 12.

Quod si non adsunt, quae nos cohibeant, vincula nec atro cognomine der Interloper sive Lorren-drayer

dratuer notandi veniunt mercatores nostri Indias adeuntes. Sunt autem hi, quicunque nauibus mercibus onustis loca petunt, indeque alias reportant, quae adire ibique commerciorum causa versari praeter certas gentes aut societates vetitum est. a) Nihilominus minus illos alterius gentis subditos, qui vetito hoc modo pacta infringunt, portu recipere atque in eo defendere Germanis licet. Non enim in hos sed in populares suos peccant b) et nemo coerceri poterit ut amicis suis portus claudat, iisque cum subditis suis commercio interdicat, nisi pacta aliud statuant.

a) Conf. Diff. de iure commerc. in bello §. VII. n. b.)

b) His igitur, quos eorum in mari libero vel suis terris reperiunt, persequi, corripere, bona haftas subiucere, homines Lycurgico supplicio afficere omnino licet.

c) BYNKERSHOECK Quæst. I. Publ. I. 15. p. 114. Cui qui contradicere auderer, negari nunquam posset potiori longe iure Etauus Anglos aliosque paetis restrictos Lusitanis atque Hispanis, quorum adeo colonias clam adeunt indeque opulentii ad nostratum portus profugiunt, tradendos fore.

§. 13.

Omni quidem iure permisam nobis Indiarum nauigationem videmus: supersunt tamen adhuc, quae suadeant, fanae politiae argumenta. Quamuis enim

*Ille caput quassans grandis suspirerat orator
Crebrius incassum magnum cecidisse laborem:
Et cum tempora temporibus praesentia confert
Præteritis, laudat fortunas saepe parentis,*

B 3

Et cre-

Et crepat, antiquum genus ut pietate repletum.

Per facile angustis tolerarit finibus aevum. a)

Ipsa tamen telluris nostrae dona, licet stet nobis glacies quandoque iners menses per plures, ad haec commercia maiori prae caeteris utilitate exercenda nos inuitant. b) Iam enim nouimus in Septemtriones viam nec ille nobis qui TACITO c) aduersus et immensus ultra Oceanus multis ab orbe nostro nauibus, breuiore quam a Britannis ac Batauis itinere, aditur ad armorum ferri atque cupri segetem petendam; lanasque, pices, lina, aliae hisce populis grata munera c)

Croceos quis Tmolus odores,

*India mititetur, molles sua thura Sabaei,
ex medio patriae solo aliorum nauibus eo transpor-
tari experientia testatur.*

a) LVCRETIVS de R. N. II. 464.

b) Addi etiam poterit Histoire des Voyages. Tom. I. etc.

c) TACITI Germania cap. I.

§. 14.

Haud tamen ego negauerim, mercium ex Indiis aduectorum partem maximam in se viliorem esse, vtilique humano minime necessariam, cum mercatores eas petituri imprimis quoad Indos Orientales, magna argenti aurique summa instructos proficiisci oporteat. Id vero si quis obiecerit, causae, quam subuertere conabitur, suscipiet potius patrocinium. Omnis enim commerciorum peritus vltro confitebitur, nauem quae ventis vela datura 100000 thaleros v. g. in Indias secum aufert, reuertentem 300000 thale-

thalorum pretium in mercibus reportare, nauisque dominum 200000 thaleros lucrari. Quod quidem lucrum ne exteris amplius concedatur: duea saltem viae patent. Prima ne omnino Indiarum merces finibus nostris recipi patiamur: id vero ab omnibus Germaniae principibus, quorum aliis alia proficia, impetrari nunquam poterit. Altera igitur supereft, ut ipsi illud assuequi laboremus. Odio quippe nauigationis nostrae licet omni his in rebus cum nostris commercio interdicerent alii, ac soli Germani illas consumere cogerentur; integra certe mercatori eidem gaza maneret, eadem integrae gazae custos Germania.

§. 15.

Nouo vero splendore Ius Germanorum extollunt tot augustissimorum Imperatorum ad suscipiendum in Indias iter adhortationes, ac, ne periculosa aut damnoſa evenirent, promissae tutelae. Ut enim iam taceam concessam foedere, cuius ſeculares ludos aemulo pacificandi Europam ſtudio, aequo felici precor! celebrari vidimus, plenam commerciorum libertatem et transiitum VBIQUE locorum TERRA MARIQUE tutum, adeoque omnibus et singulis eundi et NEGOTIANDI redeundique potestatem a) quam se vindicaturum in Capitulatione nouiffima clementifffimus Franciscus sanctissime fponpondit: b) nec defunt, quibus iam olim D. Caefares ad conſervanda Imperio commercia ne ad exteris penitus delapſa retractu fierent difficultiora c) arque expressis verbis ad Indiarum portus petendos d) ſuum effe duxerunt patriae proceres excitare, documenta.

a) P.

16 IURIS GERMANORVM NAVIGANDI IN INDIAS

- a) *P. Osnabr. IX. 2.*
- b) *Capitulat. nou. I. 9. 113.*
- c) Quod iisdem verbis 1677 d. 29. Septembr. vndeque licet armorum strepitus audiretur Ratisbonae in Referipto clementissimo ab illustriss. Commissar. caesar. principe statibus Imperii exhibito ac Liberis praefertim ciuitatibus, commendari declarauit D. Leopoldus.
- d) *KHEVENHÜLLER Ann. Ferdin. X. p. 15. 12. XI. 134.*

§. 16.

Obstigit fortuna coepitis, quominus imperator maris, terrae dominus, bellicarum dico atque mercatorum nauium classis, haec commerciorum atque navigationis nostrae iura extra dubitationis alcam iam diu posuerit. Agitatam quippe iam 1627 autore Ferdinando II. Caesare inter ciuitates Hanseaticas nouam societatem firmiore lucro alleatorium cum ex ipsis Indis atque Hispania ad nostra litora merces deportarentur a) varia variorum consilia excepunt. Ast intra irritas substiterunt deliberationes. Ne tamen animum demittat ac de Indiarum commercio plane desperet moesta Germania: Germanis quoque auspiciis illas adiri posse docuit, ac adiunctis sibi pluribus patriae communis atque Orientalis Frisiae ordinibus in litora Guineae coloniam deduxit elector Brandenburgicus Fridericus Guilielmus 1682 mente Maio. Eius quippe iussu Otto Fridericus von der Gröben b) consensa Hamburgi naue, der Chur-Prinz dicta, assumta Glukstadii altera, Albi flumine in Oceanum delatus, varios post casus, in monte quodam litoris Guineensis arcem Magni Fridericiburgi

burgi nomine insignem, defixo ibi d. i. Ian. 1683
vexillo maximo, exstruxit: ac vanis Batauorum Ni-
gritarumque ab his instigatorum conatibus aliquo-
ties vexatus nomine, *Societatis Brandenburgicae*, cum
indigenis paecta initit, quibus hi omni opera ad defen-
dendum castellum se incubituros nec passuros, vt
aliae nationes iuxta electoris subditos eo loco confi-
deant, promiserunt. Continuum exercuerunt hoc
commercium Germani, fremenibus lice Batauis,
qui quod art. 3. foed. 1685 d. 3. Maii initi plenam
electori libertatem commerciorum ac nauigationis
concederent c) Precibus tandem societatis Batauae in
Indias Occidentales fatigarus, Fridericus Guielij-
mus II. cuncta, quae sibi in Guinea erant, illi 1717
vendidit. d)

a) §. praeced n. d)

b) Otto Friederichs von der Groben Guineische Reis-
se-Beschreibung Marienwerder 1694 4to PFEFFEN-
DOREF de reb. Brandenb. p. 141s.

c) Memoria atque attentione digna foederis verba quin
ipsa huc non transferrem impetrare a me non potui.
Sunt autem ea: „Si contingat Electorem aut ordines ge-
nerales deinceps intaudi, aut vlo modo turbari in pos-
sessione et vsu suorum statuum, vrbiuum, locorum,
prouinciarum, li'ertate nauigationis commerciorum, et
„aliis quibuscumque mari terraque, vbi Elector et ordi-
nates generales eas possident aut iis fruuntur, etiam
„extra Europam, et qua parte orbis terrarum id esse possit,
„ex communi iure aut per tractatus iam factos aut deinceps
„faciendos: Elector et ordines generales moniti et re-
„quisiti iunctem manu omnem operam nauabunt

C

„vt

18 IVRIS GERMANORVM NAVIGANDI IN INDIAS

, ut turbationes et infestationes cessent, vis atque iniuria, quae alterutri foederatorum illata sit, reparetur.

d) LAMEERTI *Memoires* Tom. X. p. 172. *Histoire des Voyages* T. IV. p. 534. Ast nec antea sibi defuerant Bataui, ac vix icta pace prope portum Emdanum, qua in urbe emporium quasi constitutum erat, nauem speculatoriam miserunt, quae ibi continuo moretur, omnesque scrutetur naues, ne illicitarum vetitarumue mercium quid apportetur. Quam tamen per LX. et quod excurrit annos exercitam consuetudinem d. 25. Decemb. 1747 potentissimi Borussiae Regis, Frisiae principatum iam obtinenter, abrogauit autoritas.

§. 17.

Societatem vero Indiarum, Romanae alii praesidio quae ab anno 1722-31 Ostendae floruit, ac prouida potius D. Caroli cura quam necessitate tandem soluebatur, a) omnes fere qui sumus memoria adhuc tenemus. Ea tamen finita iura imperii, liberamque nostram navigationem nec impedita esse, nec coerceri potuisse: quin quod omni occasione tam ipse D. Carolus quam Germaniae ciues illaesa commerciorum priuilegia quoouis tandem pretio seruare studerint: annis demum 1731 atque 32 duabus ex India Orientali quarum illa Apollinis, haec Mariae Armandae nomen praeferebat, Hamburgum aduentis, frustra tantum a Britannis et Batauis repetitis, nauibus sat superque declaratum esse videtur. Quarum sane litium originem progressum finem denique ex monumentis fide dignis b) paulo altius repetituri vtile dulci nos mixturos, nec lectoris taedium excitaturos confidimus.

b) Conf.

a) Conf. ROVSSET. *Receuil des Traitez etc. T. II. III. IV.*
V. VI.

b) Haud equidem me fugit documentorum quaedam huc facientia inserta legi dans le *Receuil de ROVSSET. T. VIII.* p. 304. etc. Cum tamen nec omnia ibi reperiantur nec in illo quo concepta idiomate sint adiecta, nec nisi brevissima ipsius rei historia addita sit, quae illuc desiderabuntur si hic emendare audeamus aethiopem lauasse nobis non videmur. Id vero initio statim lectorem benevolum monitum volumus, nos non nisi historicos agere; *Incorruptam vero filiem professis*, ut ait TACITVS, nec amore quisquam et sine odio dicendus est.

§. 18.

Prior illarum Apollo dicta, initio Septembr. 1731 comeatu atque applustri Borussico munita, Albi flumine Hamburgum deuenit; cumque tertio iam mense in portu isthoc moraretur, legati Britanniae atque Batauorum ibi degentes Memoriale, quod vocant, Gallice scriptum, Senatui exhibuerunt: quo non sine magna Regis Senatusque sui admiratione famam de mercibus Apollinis eo missis, pacifragisque talibus perfugium eo patere, illos accepisse querebantur. Inhibendam igitur earum venditionem, ipsam vero nauem sequestri includendam; ac ne clam quidquam auferri possit, viciniam earum, in quibus merces illae se posita, domuum militibus cingendam esse. Ad hanc Senatus: Non suum esse, captiuam retinere nauem, aplustri comeatuque Borussiae munitam, nec in Hibernia licet eo appulsa nec apud telonium Stadense, quod Regis Britanniae qua Ducus Bremensis atque Vebrdensis sit, licet ibi tributum pependerit, detentam; nec liberis

20 IVRIS GERMANORVM NAVIGANDI IN INDIAS

suae urbis commerciis eiusue navigationum iuribus ea quae peterent conuenire. Albis vero flumen cum solius imperii iurisdictionem agnoscat, totius Imperii inque primis vicinorum Electorum atque Principum bac de naue iudicium esse, haud Senatus, litibus populorum de commercio Indiarum se nunquam immixturi. His tamen non attentis cum denuo petitis suis inhaerent legati, hancque Britannorum et Batauorum in Indias commerciis tam aduersam navigationem defendendo virbem saepius dictam Regis Senatusque sui animaduersiōnē modo non eritaturam sat clare inuerent; Hamburgenses illis quidem priorem in modum respondere, Caesarem vero ipsum literis hac de re certiorem facere eiusque se tutamini commendare optimum duxerunt. Nec eos spem fefellisse clementissimum S. C. M. responsū satis demonstrat, quo laudato Magistratus consilio, legatum Britannicum Vindebonae commorantem, ipsūque Britannorum Regem ea de re iam certiorem factum: nec se quid admissurum, quo libertas S. R. I. portus vel Imperialis ciuitatis Hamburgensis ciues ob eam defensam laederentur spōndet Imperator. Quiera inde omnia, nec venditioni obſtiterunt Britanni Batauiue.

a) De prioribus aliquid de hoc nihil in rovsetto reperitur. Nostram vero relationem veritati conuenire integrā Documenta maiori opere subiicienda, euincēt: Rec̄criptum Caesareum d. 12. Ian. 1732 datum, ac verba, quae hic adduximus, ita se habent: daß wie Dieselben des Magistrats betragen in dieser Sache nicht anders dann gutheissen und beloben könnten; also hätten Sie auch das behdige so wohl dem an Dero Kaiserl. Hofslager anwesenden Groß-

Groß-Britanischen Ministro als dem Englischen Hofe selbst, durch Dero dortigen Gesandten Philipp Grafen von Kinsky vorstellig machen lassen. Allermassen Sie nicht zugeben würden, daß die Freyheit eines zum Heil. Römischen Reich gehörigen Havens gekränket, oder die Einwohner Dero Kaiserl. und des Heil. Reichs- Stadt Hamburg, wegen Vertheidigung solcher Freyheit von andern Machten beunruhiget würden.

§. 19.

In sequenti demum anno, cum nauis Gallica, Mariae Armandae nomen erat, mercibus Indiae Orientalis ab Hispano mercatore Iagone de Irisarri Gadibus repleta, inde huius sumptu atque bonis Hamburgum mitteretur, iamque quae aduecta erant publicae hastae subiicerentur: Senatui (tam ob legatorum praedictorum silentium, quam ob declaratam vix septem ante menses Augustissimi Caesaris sententiam; quin quod hanc nauim non ut illa ipsis ex Indiis fedex portu Europaeo profectam eiusque merces Hispani esse ex ipsis quae ajunt Connossementis patret, nihil malii verenti) improuise d. 20. Octobris redditiae sunt literae Caesareae, quibus venditionem harum mercium, qua parte ad subditos Caesareos haereditarios mandato de non nauigando ad Indias subiectos pertinerent, inhibere omniaque quae societati olim Ostendensi vel subditorum dictorum esse pateret sequestri includere dum ipse de illis viterius statueret imperator iubebatur, adiecta tamen iterum clausula ne id in restrictionem libertatis nauigazandi quam ius aequumque Hamburgenibus Imperii ciubis concederent, unquam detorqueri possit a). Huic rescripto sequentem in mo-

C 3

dum

dum a Proceribus reipublicae responsum inuenimus. Senatum quidem pro ea, qua erga Auguſtissimum Ca-
rolum atque imperium Romano-Teutonicum ſemper
gloriatus fit veneratione atque obedientia litteris caeſa-
reis ſatisfacturum venditionem prohibuiſſe: a ciuibus
tamen ſuis, ad quos merces illae peruerent, tam ad hos
datis epiftolis, quam nauarchi connoſſementis, edocētum;
nullum in eas societati quondam Ostendensi vel Caesareis
ſubditis haereditariis mandato de non nauigando ſubie-
ctis, ſed Hispano mercatori omne ius, ac pro illis haud
modicam pecuniae ſumnam ei expenſam eſſe: cuius rei
cum pateat veritas, Senatum certe non dubitare, quin
Imperator magno cum detrimento tam Hamburgensem
quam mercatoris Hispani, ob quem Regis Philippi in-
dignatio innocentis huic ciuitati adhuc incurrena, inhibi-
bitam venditionem denuō pernittendam ceneat. Ade-
rant quoque initio anni 1737 literae, quibus Don
Iſidro de Grado, Hansae negotia in Hispania curans,
addita epiftola ad eum ministri regii Marchionis de la
Paz Senatui significabat: laſonem de Irifſarri ob in-
hibitam mercium fuerum venditionem adiiffe Re-
gem; nec Catholicae Maiestati confilium defuturum,
ſi scopum ſuum profequerentur Hamburgenes. Ade-
rant supplices ciues, monſtrantes litteras que minas
ſaltem triftiaque fata Hamburgo praedicerent. Quae
cum ita agerentur, accepto ex cancellaria aulica
Vindobonenſi mandato liter Baro de Kurtzrok qui
tum temporis ab Imperatore ibi residere iuſſus erat,
ſimulque legati Britannicus atque Batauus d. 9. Mar-
tii deputatis senatoribus Memoriale exhibuerunt, in
quo

quo de inhibenda venditione mercium nihil quidem; ast cum populi maritimi aemulum studium, quo Ham-burgenses commercia Indiarum, nec subditis saltet Cae-sareis hereditariis concessa affectarentur et ad se traherent, se amplius non toleraturos declarassent: Senatus esse vel editio vel alia, de qua deliberari posset, via suspicio-nem harum gentium amouere, acsi isthac in urbe com-mercium pacis contrarium subleuetur b).

- a) Wie Dieselben weit entfernt wären der freyen Reichs-Stadt Hamburg oder deren Inwohnern der Schiffahrt halb-ber diejenige Freyheit zu entziehen, oder einzuschränken, so ihnen von Rechts und Billigkeit wegen zustehe.
- b) Quicunque haec cum querelis eorundem de Apolline rite comparauerit, facile perspiciet, culpae Hamburgen-sibus datum esse acsi InterLooper in portu suo recepi-fsent: quod si ita erit, ne sic quidem male, vt §. 12. eu-i-cimus.

§. 20.

Rem tantae molis aggredi, explicare verba tam implicita, vt non Ostendense saltet, sed et omnium reliquorum et ipsius Germaniae commercium atque nauigationem in Indias comprehendere viderentur, petere interpretationem, qua concessa maxima du-biorum pars euanesceret fortasse, ast re semel tracta-ri coepita infirmioris non foret renuere leges, com-mercii sui securitati ac libertati certe grauissimas, si perhorruit Senatus Hamburgensis quis mirabitur? Considerata igitur rerum Teutonicarum facie, ne vel clementissimi Cæsaris iram in se prouocare, vel officia Imperio viciniisque Albi eiusque priuilegiorum participibus, quorum defensionem suscipere nemo certe

certe eorum detrectatus forer, electoribus ac Principibus debita, negligenter; mandatum hac de re publice affigi eiusque tenorem vltoribus ad Caesarem literis inseri, simulque de venditione mercium Mariae Armandae, quae sine maximo detimento inhiberi amplius non posset, addi curavit. Ita praeparatis animis explicationem eorum quae proposuerat a libero barone de Kurtzrok petierunt Proceres, acceperuntque, quo, illo interprete, Britannorum atque Batauorum legati promittendum sibi postulabant: *Senatum nec directo nec indirecto fauore quodcumque tandem illicitum eorum commercium, qui sine libertate, (Oetroy) Indian Orientalem peterent inque primis Ostendensium aliorumque qui mandato de non audeundo Indias subiecti sint, haereditatis Caeareae incolarum vlo modo prosecuturum; vel illas inde merces Indiarum imposterum in urbem admissurum quas publice a societatis priuilegio munitis venditas ex certis non confaret testimoniois.* Huic desiderio satisfacere deque re omne imperium tangente aliquid statuere quantum vires suas superet, ea, qua decet, deuota mente exposuit, nec amplius, cum tam longum Caesaris silexientium consensum eius inuoluere videatur, precibus ciuium suorum venditionem mercium se denegaturum adiecit Magistratus, in literis d. 2. Maii ad Imperatorem datis, ac demum, aucto quotidie vstrarum periculi atque damnorum onere, hastam, saluo ceteroquin ciuitatis iure decem ante menses sublatam, d. 20. Iunii, communicata antea cum primoribus ciuium causa, reposita; et ad conferuandam com-

commerciorum libertatem venditionem mercium na-
vi Mariae Armandae a Mercatore Hispano lagone
de Irissarri suis sumtibus impositarum, iamque vnde-
cim ante menses huc adue~~tarum~~ omnino permitten-
dam edixit; eoque de proposito liberum baronem de
Kurtzrok certiorem fieri curauit a). Quibus licet
ausis non primo statim intuitu plurimis negotiis di-
stractus Imperatoris animus, multo minus Britanni
Barauiae assenserint, eamue, quam vltro obtulerunt
Hamburgenses, mutuam causae explosionem appro-
bauerint: mox tamen vicit iustitia consilii, sepius
antea declarati, et in re tam ardua gentium, natu-
rae, diuinis demum iuribus, libertates, priuilegia,
commercium, atque nauigationem, populis, qui
non ipsi paectorum vinculis lese constrinxerunt, omni-
bus patentia toti Germanorum orbi vindicantis.

a) Qua in declaratione cum cardo rei de qua agitur nit-
idissime expositus sit, eandem vt cum ceteris huc per-
nentibus ad vltiora remitterem persiudere mihi non
potui, ideoque calci huius dissertationis addere volui

Extractum Protocolli Extraiudic.

Lunae d. 30. Nouembris. A. 1733.

Conclusum et Commissum Herrn Sindico Surland. Lt.
und Herrn von Sprekelsen D. der Rnisch-Kayserl. Ma-
jestät Reichs-Hofrath und Residenz, Herrn Baron von
Kurtzrok, mit geziemenden Respect vorzur gen.

Es zweifle E. Hoch-Edler Rath keinesweges, der-
selbe werde bey der wegen der Ost-Judischen
D Hand-

Handlung der Kaysrl. Erb - Unterthanen in den
Oesterreichischen Niederlanden am verwichenen Sonn-
abend als den 28. dieses gehaltenen Conferenz wie
von E. Hochdl. Rath nur erstaunlicher Attention und
allerunterthänigsten Deferenz für Thro Kaysrl.
Majest. also von der Härte der dabey vorgekommenen
aller Rechte und Befugnisse geständiger massen gänz-
lich ermaueladen und von Kaysrl. Meynung, Sinn
und Willen, weit entfernen Propositionen vollkom-
men seyn convinciret worden. Die Gerechtigkeit der
Sache, die für die Freyheit der Navigation und Com-
mercien, mithin für dieser Stadt Wohlfahrt davon
abhängende Wichtigkeit, und von der Kaysrl. Ma-
jest. des Heil. Römischen Reichs insonderheit des
Ober- und Nieder- Sächsischen Krayses wegen dabey
einschlagende grosse Bedenklichkeiten, ließen schlech-
terdings unmöglich zu, daß E. Hochw. Rath weder
im geringsten etwas das diesem angeführten entgegen-
thun, noch viel weniger die Vorschläge, Sentiments
und Gedanken, welche, solchen zu wider, bey der
Conferenz von andern geäussert werden, jemals für
die Seinigen erkennen noch annehmen könne. Und
wie er demnach um so mehr, alles dasjenige, was
Thro Rdm. Kaysrl. Majest. insonderheit in den al-
lerunterthänigsten Schreiben vom 18ten Martii und
in den folgenden auch dem Hrn. Reichs-Hofrath in
den Conclusis vom 16ten Oct. und 17ten Nov. re-
spective allerunterthänigst vorgesetzet worden, aus-
drücklich hiemit wiederhole; auch nochmals zum un-
beweg-

beweglichen Grunde sehe, das blos auf den Thro
Röm. Kayserl. Majest. schuldigen allerunterthänigsten
Respect und auf jehige Zeiten und Umstände er sein
alleiniges Abssehen gerichtet habe; am wenigsten per
modum Conuentionis, Renunciationis, oder sonst auf
einige Weise, woraus einem andern ein Recht, Be-
fugnis oder Ansprache erwachsen könne, von ihm et-
was hierin geschehe: also habe er, unter obiger Re-
seruation und folgenden bei dieser schweren Sache in-
separablen Bedingnissen dem Hrn. Reichs-Hofrath
geziemend zu erkennen geben wollen, wie er bereit
sey, aus eigener der Sachen Bewegungen und lure
Magistratus, beyverwahzte Warnung dem Publico
zur Nachricht kund zu machen:

Wann Thro Röm. Kayserl. Majest. vermöge
der mit der Kron Engelland und der Republike der
vereinigten Niederlande respectiuue den 16. Martius
1731 und 20. Febr. 1732 geschlossenen Tractaten, die
Ostender Compagnie aboliret, und dero Niederlän-
dischen Erb-Unterthanen allen Handel nach dem Ost-
Indien nach Maasgebung solcher Tractaten verbo-
ten, und dau daher höchstbesagte See-Potentien
bey denen, im Jahr 1731 mit dem Schiffe Apollo
gerades Weges aus der Ost-Indien und 1732 mit
dem Schiff Marie Armande von Cadix hier gekom-
menen Ost-Indischen Waaren, allerhand Argwohn
Geschöpfet, mithin Thro Kayserl. Majest. Sich aller-
hochst bewogen gefunden haben, an hiesige Stadt

D 2

die

die allernädigste Requisition ergehen zu lassen, daß man denen aus den Ost-Indien herkommenden Schiffen die der ehemaligen Ostender Compagnie oder sonstigen dero Niederländischen, unter dem Verbot der Tractaten stehenden Erb-Unterthanen zu gehören, keinen freyen Eingang allhier verstatten noch wissentlich solche deren Waaren an sich handeln oder verkaufen möge: So hat E. Hochw. Rath, aus allerdevotestem Respekt gegen Thro Kayserl. Majest. und Denenselben zu allernädigstem Gefallen und alserunterthänigster Verehrung, einsfollich zu Hinwegräumung jetzt gedachten Argwohns höchstbesagter Potentien, den Einwohnern und Commercirenden dieser guten Stadt, jehigen Zeiten und Umständen nach Obrigkeittlich hiermit zur Warnung kund thun wollen: daß sie sich jetztgedachten verbotenen Handels, wenn sie desselben Wissenschaft haben, allerdings entschlagen. Im wiedrigen und da jemand allenfalls mit einem körperlichen Eide, davon etwas gewußt zu haben, sich nicht purgiren könnte, der oder diejenigen allen daher entstehenden Unlust würden zu verantworten haben. Dabey aber dieser guten Stadt und ihren Bürgern und Einwohnern allenthalben die freye Schiffahrt, Handel und Wandel, auch alle Gerechtsame und hiesige Verfassungen nicht minder andern Nationen, deren Commercia von allen Orten auf hier jetzt und zu allen Zeiten frey sicher und ungekränkt vorbehalten, und denenselben nichts hie mit benommen wird,

Bey

Bey dieser zu publicirenden Warnung reservire
nun E. Hochw. Rath über vorhin angeführtes annoch
specialiter.

1) Dass er dadurch keinesweges weder einigen
aus den allg. meinen Natur- und Völker-Rechten,
noch aus den Reichszählungen comperirenden Gerecht-
samen und Befugnissen auf einige Weise zu renunci-
ren gemeint, sondern, wie diese, den Umständen
und Zeiten nach veranlassete Warnung an hiesige
Bürgerschaft und Einwohner, ihre Magistratus in
eines soos von Ihm geschehe; also wolle Er sich auch
ausdrücklich und zu aller Zeit deren Auslegung und
Erklärung, und was sonst einer jeden Obrigkeit
in Ansehung ihrer freiwilligen Verordnungen zuste-
he, auch in begebendem Falle, nicht anders als den
Mercantie-Rechten und hiesigen Verfassungen nach
zu verfahren, ausbedungen haben.

2) Dass er hierunter keiner andern Nationen
als der Österreicher und unter dem Verbot der Tracta-
ten begriffenen Kaiserl. Erb-Unterthanen in den
jeßigen Österreichischen Niederlanden auch überall
keine Schiffe und Waaren, sie gehören zu wem oder
kommen her woher sie wollen, wenn sie mit guten
Pässen oder fremden Pavillons, und gewöhnlichen
Connossementen oder andern dergleichen Documenten
versehen sind, begreiffe.

D 3

3) Dass

3) Dass er der Stadt und ihren Bürgern und Einwohnern nicht nur in Anschung des Elbe-Stroms, alle Freyheit, Privilegia und Iura, sondern auch aller andern Orten, in oder außerhalb Europa die freye Schiffahrt, Handlung und Rechte, die einige andere Nation hat oder haben kan und mag vorbehalten. Und endlich

4) Dass er den hohen Gerechtsamen und Iuribus derer an dem Elb-Strom gränzenden Churfürsten Fürsten und Stände hiедurch auf einige Weise zu praeiudiciren nicht die geringste Absicht hege, vielmehr auch was anjeho geschiehet in Ermangelung Ihro Röm. Kayserl. Majest. und des Heil. Röm. Reichs und namentlich vorbesagten Hohen Reichs-Stände gemeinsamen allerhöchsten Approbation, ohne dass deßfalls etwas weiter nöthig, von selbst als ungültig und kraftlos zu achten stehe.

Wann dan obiges alles vorhin bekannt, und theils wörtlich bereits in dem Extractu Protocolli vom 12ten dieses enthalten; theils, wie dem Herrn Reichs-Hofrath wissend sey, in den Conferencen vorgekommen und allerseits billig befunden worden; so wurde Sr. Röm. Kayserl. Majest. E. Hochedl. Rath hievon schuldigste allerunterthanigste Nachricht ertheilen, der zuverächtlichen Hofnung lebend, und inständigst darum ersuchend; dass der Herr Reichs-Hofrath als Zeuge seines allerdevotesten Eifers für das

das allerhöchste Kaiserl. Interesse, und der unverlehten Beobachtung seinen schuldigen allerunterthäufigsten Pflichten dieses alles mit einem favorablen Bericht zu begleiten, gleichfalls geneigt geruhen wolle.

Exercitii causa sequentia adiicere placuit

C O R O L L A R I A,

I.

Si nulla daretur actionum bonitas malitiaue intrinseca, nulla foret Iurisprudentia.

II.

Polygamia secundum Ius Naturae est licita.

III.

Vxor ex Iure Naturae ipso facto fit mariti in prima no&ete defuncti haeres, licet copula carnalis non accesserit.

IV.

Tam ciuilis, ecclesiastici atque naturalis iuris regulis, ac ipsis gentium moribus contradicit, contractui non accedere nouam obligationem iureiuardando.

V.

In delictis carnis non nisi confessus est condemnandus.

VI. De



VI.

De occultis quoque iudicat ecclesia.

VII.

Algerienses, Tunetani atque Tripolitani secundum tenorem Constit. Friderici Imp. de statut. et consuet. contra eccles. libert. edit. tollend. adj. l. 18. c. de furt. et c. 3. X. de raptor. c. 24. qu. 3. c. 2. de treug. et pac. non sunt iudicandi.

FINIS.



Marburg, Diss., 1749/52

VB 18

TA - OL

nur Bd. 1, 4

f

ULB Halle
004 773 071

3



B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow


Green

Cyan

Blue



Farbkarte #13



Gen. 5. n. 47

13

IVRIS GERMANORVM NAVIGANDI IN INDIAS PRIMA FVNDAMENTA.

1751, 3.

AVSPICILIS

SERENISSIMI PRINCIPIS AC DOMINI

DOMINI

F R I D E R I C I
HASSIAE LANDGRAVII RELIQ.
ACADEMIAE RECTORIS MAGNIFICENTISSIMI

PVBLICO EXCELLENTISSIMORVM
DOMINORVM PROFESSORVM EXAMINI

PRO LOCO

DIE APRILIS MDCCLI.

SVBIICIET

IOANNES IVLIVS SVRLAND
I. V. D. PROFES. IVR. ORDINARIVS

RESPONDENTE

IOANNE IACOBO FENNER
MARBURGO-HASSO.

MARBVRGI
TYPIS PHILIPPI CASIMIRI MüLLERI.

